

[1579_Oeu_Pon] 337 Carole terrarum regnator maxime cuius

Présentation générale du poème

Titre de la pièceLeodegarii a quercu-Lutetiæ professoris Regij, Sylva Parænetica, Carolo ix. Regi Christianissimo & invictissimo dictata.

Incipit non moderniséCarole terrarum regnator maxime cuius

Les pages

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

4 Fichier(s)

Présentation de l'exemplaire

Formatin-16

Date1579

Lien vers la notice du catalogue de la bibliothèque où est conservé l'exemplaire<https://catalogue.bnf.fr/ark:/12148/cb31135671p>

Emplacement du poème

Rang dans le recueiln° 337

FoliotationS8v, T1r, T1v, T2r

Présentation typo-iconographiquePas d'illustration

Informations sur la notice

Contributeur(s)Speyer, Miriam

ÉditeurÉquipe Joyeuses inventions ; EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle)

Mentions légales

- Fiche : Équipe Joyeuses inventions ; EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Image(s) : Source gallica.bnf.fr / BnF

Notice créée par [Côme Saignol](#) Notice créée le 24/10/2017 Dernière modification le 04/11/2021

LEODEGARIUS A QVERCV.

Lutetiæ professoris Regij,

Sylva Parænetica,

Carolo ix. Regi Christianissimo & inui-
ctissimo dicata.CAROLE terrarum regnator maxi-
me cuiusIntemerata fides in pace, & robur in
armis,

Cum tibi sit pacis spes desperata futura
 Non pacē in bello, sed bellū in pace nefanda
 Quærens, fac placida de bello pace fruaris.
 In libertatem te vindica & asserte, seruis
 Desine parère: indignum te Principe tanto
 Hactenus implicitum esse iugo miserèque timere
 Seditiosorum insidias, quibus esse timorē
 Deberes Isthac tolerare diutius, atque
 Solliciti in morem leporis traducere vitam
 Infandum est: præstat semel acrior cumbere latho
 Quàm sic quotidie à Gracchis immittibus angi:
 Aggredere ô tritann & generosis edite Princeps:
 Nil opus vltèrius leni clementia, vt ictus
 Piscator sape: sane tibi obfuit esse benignum?
 Et facilem erga illos qui te spoliare potenti
 Imperio Gallorum & vita & luce parabant?
 Quum te tutari (tum quòd tibi sanguine iuncti,
 Tum quòd muneribus crebris meritisque bearis.)
 Debuerunt: verum ingrati immemorèsque tuorum

CV- Promeritorum, fel dirum pro melle rependunt,
 Vexantes dominum impubem, insontemque piūque.
 Quanto ergo tibi maior facta iniuria, tanto
 Indue maiores animos, tibi suscitet iram.
 Feda in sceleris patria direptio, pungat
 Te tot templorum vastatio, tot viduarum
 Clades, tot gemitus orphanorum puerorum,
 Funera tot clarorum Heroum, denique Christi
 Læsio te stimulet, Christi defendito causam,
 Qui te latifero toties defendit ab hoste.
 Quis te non vilem Caprimulgum, aut vtilionem
 Sed regem, regisq; natum, fratremque creauit.
 Eius id officium memori sub pectore seruans,
 Dede reici quotquot tu scieris illius hostes.
 Præcipe vt in pagis atque vrbibus igne cumentur
 Cum fatui Caluini Apinis Tricisque scelestis:
 Aut Deus inflatis buccis ambabus, & ardens
 Ira, animas abs te repetet quas perditus ille
 Perdidit, & gerris stygium demisit ad Orcum,
 Si fumos eius patiari in orbe vigere
 Anne duos reges regnare in Gallia eodem.
 Tēpore permisit Christus? quia tu quoque (quanquam
 Armis compulsus) duo dogmata passus es? anne
 Christus anhelanti mortem tibi febre minatus,
 Ni tu antiquasses edictum quod tibi per vim
 Exorsere oim Sathasæ Bethleq; Gregales?
 Hec animo tecum tacitus, penitusque voluta:
 Non hic de prospectu a fini, lanâque caprina
 Disseritur, verum de regno & religione.

Quas

Quas ob res esto in specula tibi prospice, vires
 Collige, nimirum tanto sub cardine rerum.
 Vel tua, vel Betzitarum fata ultima pendent.
 Ergo agedum tanto animosius arma capeſce
 Quanto hostes te & nos furiosius aggrediuntur,
 Quanto & splendidius te intendere brachia pugna
 Pro patria, pro religione, arisq; focisq;.
 Quam sit honorificum Caluino hæc omnia ferro
 Et flammis abolere: manum iam consere bellæ
 Nos tibi suppetias animis opibûsque feremus,
 Prompti vna tecum caput obiectare periclis
 Et (si fata volunt) vna tecum ire sub umbras.
 Incipe, & eripe te his inuicte malis, rege, regna,
 Impera, & esto tuis solus dominator in oris,
 Cum matre, in cuius sapienti pectore, Consus
 Et Themis, & Musæ, & Charites cum Pallade degunt.
 Hactenus hercle (bona venia quod dixerò) non tu
 Tam rex in solio strataque tapetibus aula
 Quam vel ego, vel pastor iners in paupere caula:
 Nam mihi mancipiû obsequitur, perq; omnia præsto est,
 Obseruans vocem, vultum, nutum, atque renutum,
 Si quid & edico, edictum seruatur ad vnguem:
 Quod si fortè meas leges, priuatæque iura
 Auderet nebulo violare, & temnere, casum
 Fustibus ad cornus nebulonem exire iuberem.
 At tua iura tui rident, lacerantque Sinones,
 Imperiûmque tuum sic detractare suerunt
 Vt te & iussa minoris certè quàm vnus assis
 Pendant: idcirco meritas infligito pœnas.

Et malè perde malos: quorum si munera dignis
 Demandes sine muneribus, si præmia doctis,
 Si tibi consilij socios non sumpseris ullos
 Qui nondum liquere nuces, aut iam capulares
 Delirant similes vappæ, si Nestoras audis
 Si refugis pellaces, queis aliud sit in ore
 Promptum, aliud clausum infido sub pectore, qui te
 Clam rident, tibi coram arrident, qui omnia scribunt
 Ad coniuratos quæ tu sanctiusque Senatus
 Sancitis, magicoque vtuntur carmine Circes.
 Hos olidos hircos si vis seponere ab hædis,
 Accipitres à turturibus, si à tigribus agnos,
 Si satagas vt ius vigeat, seruetur vt equum,
 Vis absit, dolus exulet, & sacra templa Deorum
 Cum mystis, cum ritu & relligione atavorum
 Seruentur, si thure Deum placando rogaris
 Vt pacem veniamque tibi nobisque benignas
 Concedat, series sublimi vertice cælum,
 Fortunamq; tua fortuna anteibis, & exin
 Gallia florebit cunctis erepta periclis,
 Ac superis lauros, & sacra holocausta dicabit.